



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Fructus ex consideratione æternitatis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

*Fructus ex consideratione Aeternitatis  
excerpendus.*

Ut hinc exordiamur, nullum est dubium, temporale  
in infinitum excedi ab aeterno. Unde minima Inferni  
pœna infinitè superat omnes pœnas huius vitæ, & mini-  
mum cœli gaudium excedit cunctas Mundi huius con-  
solationes. Nihilominus experientiâ compertum habemus,  
nos plus allici & trahi rebus temporalibus, quàm  
aeternis. Ratio & causa hæc est, quia voluntas non nisi ab  
obiecto vicino & considerato seu cogitato movetur, nos  
vero in contemplandis & considerandis rebus aeternis  
valde negligentes, & considerationi rerum tempora-  
rum toti immerfi sumus. Quamobrem non harum, sed  
illarum rerum, puta, cœlestium contemplationi omni  
studio & conatu incumbendum est, & ut asserunt sacri  
Doctores, oportet *figere pedem in Aeternitate*. Hac con-  
sideratione acquiritur cordis stabilitas: *Cor humanum, in  
desiderio Aeternitatis non fixum, stabile esse non potest.* S. Bern.  
Et anima aeterna desiderans presentibus non turbatur. Ad  
hæc efficacissimum remedium est ad superandas cunctas  
tentationes: *Remedium contra omnes tentationes, in uno  
Aeternitatis desiderio conquiescere.* S. Bern.

Præterea, toto vitæ nostræ decursu, & in omnibus a-  
ctionibus nostris res temporales solum in usu; at aeterna  
in desiderio habendæ sunt: *Temporalia in usu, aeterna  
in desiderio.* Sed præcipue S. Bonaventura modum expo-  
nit, quo ad Aeternitatem tendere debeamus, nimirum,  
per septem vias, quæ sunt: *Aeternorum intentio, aeterno-  
rum meditatio, aeternorum contemplatio, aeternorum reue-  
latis, aeternorum prægustatio, aeternorum affectio, isinet. som.*  
Dispositio, videlicet, operando semper propter æ-  
terna, eadem meditando, contemplando, & amando: &  
tunc correspondebit Dominus Divinis illustrationi-  
bus, affectibus, & transformationibus.

Et omnino rationi conforme est, quod, cum anima  
in se aeterna sit, & propter aeterna creata, nō se tempora-  
libus



libus subdat rebus, sed intentione, cogitatione, affectu ad aeterna aspirer.

Concludo optimam praxi D. Gregorii propositam, utro accommoda. Quando te provocat & allectat & diuoluptas & oblectatio, dic: *Momentaneum, quod delectat: aeternum, quod cruciat.* Quando delectata d. perterreret, & quasi exanimat via virtutis, & cruciatu d. dic liberet: *Momentaneum, quod cruciat, aeternum delectat.* Hic est transitus, quem cuncti faciunt a momento ad Aeternitatem: at boni ab vno momento ad vnam aeternitatem gaudiorum: & mali a vno momento gaudiorum ad Aeternitatem tormentorum.

*Vivarepraesentatio, si ve delinquitur alicuius miseri damnati.*

## CAP. XII.

**U**T haec memoria aeternarum infernalium poenarum vivacius & indelebili caractere nostris intur cordibus, non abs re erit, si ob oculos mentis am miserrimum & infelicissimum statum poenitentiam in praedam dati flammis averni, tam quod dicitur eiusque potentias, quam quod ad corpus cum membris. Status miserrimus, Status omnium ad rum aggregatione perfectus: est tumulus & congeries omnium malorum, quae quis unquam sibi intur possit: quia *Deus, qui est summus, qui dicitur habet in summo*: quemadmodum Deus est in summo esse, ita quoque summus erit in supplicio conatus, ut non remaneat dedecus peccati sine dolore, quod melius est, ut peccator iuste doleat in supplicio, quam ut punè gaudeat in peccato. In hoc consistit poenitentia & decor iustitiae, quod digna poena compendit ordinem peccati, & quantum peccator peccati voluntatem Dei, tantundem etiam patiatur con-

S. Bonav.  
so. 1. Brev.  
s. 6.